



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Confirmatio priuilegioru[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

CONFIR. PRIVIL. 87  
loco, qui nesciunt, debent dicere  
5. *Ave Maria. art. 2.*

C O N G R E G A T I O.

*Vide Ordo Regularis.*

C O N F I R M A T I O.

P R I V I L E G I O R V M.

Plures Pontifices confirmarunt  
privilegia omnium Religioso-  
rum in forma communi, & quatenus  
non essent contra *Concil. Trident.* &  
perdita per 60. annorum non usum,  
quem annorum numerum requiri  
declaravit *Eugenius IV.* pro Ordine  
Sancti Benedicti, ut curreret præ-  
scriptio, licet ius commune plures  
quam 40. non exigat. *tom. 1. q. 8.*  
*art. 1. & 3.*

*Pius IV.* anno Domini 1561.  
ex certa scientia & potestatis ple-  
nitudine confirmavit omnia privi-  
legia Fratrum Minorum, exceptis  
contrariis *Concil. Trid. ibid.*

Confirmatis privilegiis alicuius  
Religionis si in forma communi  
confirmentur, non intelliguntur  
confirmata ad instar illius alteri  
concessa ( sicut nec è contra cen-  
sentur



88 CONFIR. PRIVIL.  
sentur reuocata ad instar, si retro-  
centur pro Religione cui primò  
sunt concessa) secus esset, si confir-  
marentur ex certa scientia, art. 2.  
& quest. 9. art. 9.

Confirmare *in forma communi*, est  
confirmare id tantum quod actu  
valet, nec eius usus sublatus est per  
præscriptionem. Sed confirmare  
*ex certa scientia*, est reualidare &  
innouare illud quod amplius actu  
non valebat, propter præscriptio-  
nem. Quod fieri intelligitur, cum  
Papa rei tenorem refert, aut dicit  
ex certa scientia; quia tunc præsup-  
ponitur rem bene callere, alias  
non censetur, ideóque iuridicè est  
interpretandum: videlicet, confir-  
mare illud priuilegium, quatenus  
est in usu, art. 3. & 4.

Per confirmationem *in dubio  
sive forma communi*, solùm confir-  
mantur & innouantur ea quæ actu  
valent, nisi aliud exprimat confir-  
mans prout exprimit quando addit  
clausulam, *non obstantibus reuoca-  
tionibus Apostolicis*. Per confirma-  
tionem verò *ex certa scientia* (qua-  
lis fuit Greg. XIII.) confirmantur  
etiam



CONFIR. PRIVIL. 89

etiam ea quæ sunt abrogata, & per contrarium usum cassata. *art. 3.*

Vt præscriptio contingat, & privilegium perdatur per non usum, oportet habere scientiam privilegij, & voluntatem non utendi illo. Imò licet vnus Ordo velit non uti suo privilegio, non ideo aliis Ordinibus præiudicare potest, sicut nec Fratres, seu Conuentus, seu Prouinciæ, toti Ordini, seu aliis. *art. 5.*

An pœna per legem vel privilegium taxata possit per contrariam consuetudinem tolli, controuersia est. Affirmat *Panormitanus*, negat *Castro*, quem sequi videtur *Rodericus. art. 6.*

Quando id, quod per legem positivam præcipitur, est abrogatum per contrariam consuetudinẽ, etiam pœna à iure taxata contra transgressores talis legis est nulla: sublata enim obligatione principali ipsius legis, tollitur etiam obligatio pœnæ tali legi apposita. Hinc videmus multas excommunicationes hodie non ligare, quæ in extrauagantibus proponuntur. *ibid.*



Priuilegium non valere contra *Concil. Trident.* intelligendum est, quando expressè derogat Conciliū vt sunt hæ, *sess. 5. de Reformat. cap. 2.* De prædicatoribus errores vel scandala seminantibus, contra quos procedi debet per Episcopum. Et in *eisdem sess. & cap. De prædicatoribus non admissis à Superioribus & Ordinario, sess. 15. cap. 11.* De obedientia, *sess. 22.* In decreto de obseruandis & vitandis in celebratione Missæ, *sess. 23. cap. 10. & potestate Abbatum, & 12.* De ætate Ordinandorum, ac 13. De non recipiendis duobus Ordinibus vno die Denique 15. de Confessariis, *sect. 25. de Reform. cap. 11.* De locationibus bonorum Ecclesiæ, & 13. De quarta funerali soluenda Tandem omnia quæ habentur *sess. 25. de Regularibus* derogant priuilegiis, *art. 7. & 8.*

Vbi Concilium non derogat expressè, non censetur ligare Regulares contra priuilegia: verbi gratia, *Sess. 4. de usu sacrorum librorum, & Sess. 3. de Reform. cae. 1. de*  
*lectis*



L.  
contra  
est,  
nciliū  
t. cap.  
es vel  
a quos  
Et in  
atori-  
bus &  
e obe-  
de o-  
eto de  
lebra-  
& po-  
tate  
on re-  
s vno  
fariis,  
e loca-  
& 13.  
Tan-  
25. de  
giis, at.  
erogat  
e Re-  
verbi  
libro  
e. 1. de  
leſtū

CONFIR. PRIVILEG. 91

lectione sacrae Scripturae habenda. Sess. 22. de Reformat. cap. 4. de voce in Capitulis, & Sess. 23. cap. 11. de interstis Ordinum. Ibidem.

Pius V. viuae vocis oraculo permisit Fratribus Minoribus, vti omnibus suis priuilegiis etiam contra Conc. Trid. in foro conscientiae tantum, cuius quidem Pij V. gratias datas Mendicantibus, Greg. XIII. reuocauit ad formam Concil. Tridentin. sed in foro exteriori tantum (nihil agens de oraculis viuae vocis) ad sedandas lites ortas inter Clerum & Regulares, quas non suscitabant priuilegia concessa in foro conscientiae tantum. art. 10.

Clausula generalis, *Non obstantiu*, non extenditur ad legem, vel statutum iuratum. art. 11.

Clausula de contradictoribus, poni solita in Bullis & confirmationibus priuilegiorum, intelligi debet de contradictoribus, qui de facto solum, non autem de iure contradicunt. Et quando summi Pontifices addunt, quod sciant contemptores & inobedientes se indignatione Petri & Pauli incursumos, non intelligunt contra



92 CONFIR. PROVIN. C.  
contra ipsos sententiam excommu-  
nicationis fulminari, tantum enim  
pœnam arbitrariam prædicta ver-  
ba designant. art. 13.

Clausula, *omni appellatione pos-*  
*posita*, intelligitur de friuola & le-  
gitima. Friuola autem est, quæ im-  
ponitur sine legitima causa, vt quã-  
do quis appellat vbi non est gra-  
uatus iniustè, seu sine iusta causa  
interposita, quæ nullum poterit for-  
tiri effectum iuris: Legitima è con-  
uerso. art. 4.

Clausularum, *in uocato ad hoc auxi-*  
*lio, si opus sit, brachij secularis, & sup-*  
*plentes omnem defectum*, explicatio-  
nem vide art. 15. & 16.

#### C O N F I R M A T I O P R O V I N C I A L I S.

**I**N Ordine Minorum est Gene-  
ralis, & eius delegati, confirma-  
re electum Prouincialem, aut etiam  
infirmare, si indignum nouerit; se-  
cus, si aduerterit digniorè esse præ-  
termisum, cum iure valeat electio  
digni prætermisso digniore. Nec  
necessariò debet præcedere examen  
dignitatis electi eius confirmatio-  
nem.